

Band III., Nr. 862, Seite 360

Bischof Heinrich von Konstanz bestätigt den Tausch, wodurch der Abt und das Kapitel zu Salem den Zehnten in Gebhardsweiler der Meisterin und den Schwestern in Münsterlingen gegen den Zehnten in Mundingen überlassen.

Meersburg, 1235. Mai 14.

Universis Christi fidelibus hanc cedulam inspecturis H. dei gratia Constantiensis episcopus, geste rei noticiam. Quia viri religiosi D. cellerarius videlicet et frater Volquinus de Salem aliusque conversus, dictus pistor, de mandato reverendi in Christo E. abbatis et totius capituli ecclesie supradicte, decimam in Gerboltiswilær cum magistra et sororibus in Monasteriolo pro decima in Mundingin, de consilio nostro pro utilitate utriusque ecclesie legitime commutarunt, nos, dicte commutationi gratum prebentes assensum, ipsam presentibus confirmamus. Et ne quis forsitan in posterum admiretur, quod decima in Gerboltiswilær habet aliquantulum redditus ampliores, necessario duximus omnibus intimandum, quod proventus decime prelibate nobis in quarto anno noscuntur ratione nostri circuitus pertinere, et sic trium annorum redditus in Gerboltiswilær quatuor annorum in Mundingin redditibus equipollent. Ut autem hec permaneant inconcussa, hanc cedulam inde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari.
 Acta sunt hec in castro Mer-spurc, anno domini M^o. CC^o. XXX^o. V^o., indictione VIII^a., pridie idus Maii, pontificatus nostri anno III^o., presentibus Hainrico^a, Constantiensi canonico, dicto figulo, et magistro Ortolfo scolastico, Cunrado capellano, Vlrico notario, Rvdolfo milite, villico de Straze et aliis quam pluribus.

Nach dem Diplomatar des Klosters Salem, Bd. 2, S. 58, Nr. LI unter der Aufschrift:
De decima in Gerboltiswilære conmutata pro decima in Mundingen.

^aDas Diplomatar hat bloß die Silbe h\$ai\$.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/2646; 67/1163 S. 58 Nr. 51

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Meersburg

Aussteller:

Heinrich; von Konstanz (1233&'150;1248)

Ortsindex:

Gebhardsweiler Wohnplatz (18466)
 Gebhardsweiler, Uhldingen-
Mühlhofen, FN
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN

Meersburg Wohnplatz (18106)
 Meersburg, FN
 Mundingen
Wohnplatz (16786)
 Mundingen, Ehingen (Donau), UL
 Müns-
terlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Schloss Salem : Salem FN

Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Straß Wohnplatz (21265)

Straß, Pfullendorf, SIG